Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



20

percussisti eos & non doluerunt. attriuisti eos & renuuerunt accipere dis
ciplinam. Omnia enim tormenta atq; flagella emendatiuum hierim. & sup
hec uniuersa nec uerecundiam quidem suorum habuere uiciorum. Si instar
petre induramentis frontis impudentiam. noluerunt admeliora con
uerti. Ego autem dixi. Forsitan pauperes sunt & stulti. ignorantes uiam
domini. iudicium dei sui. Ibo igitur adoptimates & loquar eis. ipsi enim cog
nouerunt uiam domini. iudicium dei sui. Pauperes hic & optimates. animo
pia dicit & diuitiis. si ppter principibus comparat. Et est sensus. Cernens
infidelis populi pertinaciam. & quod indurata facie noluerit recipere disci
plinam. hoc mecum ratione tractabam. Forsitan uulgus ignobile non potest
dei nosse doctrinam. & idcirco excusabile est. quia ppter imperitiam.
dei non ualet scire mandata. Pergam ergo ad sacerdotes & ad eos qui presunt
populo & loquar eis. ipsi enim domini uoluntatem cognouerunt. & sciunt
iudicium dei sui. Hoc autem dicit sermone dubitantis. iuxta illud
euuangelicum. mittam filium meum. forsitan ipsum reuerebuntur. ut ex
ambiguitate sententie. & suspensione uerborum liberum hominis
monstraret arbitrium. Et ecce magis hii simul fregerunt iugum.
ruperunt uincula. Idcirco percussit eos leo de silua. lupus adues
pera uastauit eos. pardus uigilans super ciuitates eorum. omnis
qui egressus fuerit exeis capietur. quia multiplicate sunt iniquitates
eorum. confortate sunt auersiones eorum. Quos magistros putabam.
inuenti sunt peiores esse discipulis. Et quanto indiuitib' maior aue
ritias. tanto maior insolentia peccatorum. Confregerunt enim
iugum legis. dicente apostolo. Nunc ergo quid temptatis dominum impo
nere iugum super ceruices discipulorum. quod neque patres nostri neque
nos portare potuimus. Sed per gratiam domini ihesu credimus saluari quemad
modum & illi. ruperunt que uincula preceptorum dei & non pharisee quibus insedo psalmo dicentes. Disrupamus uincula eorum & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Quia quia ista fecerunt percussit eos
leo de silua. regnum uidelicet babilonium. Lupus aduesperam
uastauit eos. medos persasque significans. Per quo inuasione da
nielis ursa ponitur. cui more tres erant ordines. Pardus ui
gilans super ciuitates eorum. alexandri impetum prefigurans. &